

QVÆSTIO MEDICA.

QVOD LIBET ARIIS DISPVATIONIBVS MANE DISCVTIENDA.

IN SCHOLIS MEDICORVM, DIE IOVIS XIII. FEBRVARII.

M. PETRO CRESSÉ Doctore Medico, Præside.

An somnolenti solidi.

1093.

CVM cæteris animantibus homini communis ortus, idem ex elementis compositus corporis cinnus, par tamen mixturæ ratio vel temperamenti, quod habet ille *ἐξ αἵματος, ἢ ἐξ αἵματος* venit, cuius gratia circumscrip̄ta corpori, vt cuilibet parti magnitudo, situs, nexus, structura, singula denique tam affabrè secundum *κρᾶσις ἢ ὕψιστον* adornata, quorum omnium causa & principium anima est, par eademque omnibus virtute licet & efficacîa dispari non detrimento substantiæ, sed vnius materiæ consortio quæ vitia illi affricat sua, quum vinculis hæret & *καθῆκον* macerat vexatque injuriâ, sua nempe si nescis vtrique commercia, corpus expedita & comparata ad obsequium instrumenta exhibet; anima pro herili jure diuidit facultates & statua spiritibus ad vitæ munia designat.

FVNCTIONVM animalium sedes cerebrum in quo pars nostri melior tota perè in recessu posita latet, hinc vario opere sese prodit & approbat, hinc vni etiam addictorum instrumentorum apparatus multiplex fecit operæpretium. Brutis lex quædam naturæ immutabilis pro mente est ac velut *λόγος ἑυλόγος*; animus hominî ac ingenij vis diuinior cuius causa τὴ *ἡγεμονικὴ* necessariam sup̄sectilem singulari studio ac diligentîa natura adornauit, & ad principes functiones sic temperauit, vt si temperamenti modus corrumpatur, crassusue, lentus, aut frigidus humor extiterit, stolidi, segnes & ad omne opus inepti veniunt, tantæ molis est ad heroicam indolem beaticque ingenij famam assurgere, quâ maximè gaudent, quibus ad naturæ canonem bene tornata calua, nullâ projecturarum injuriâ (qualem in *πέποιθον* videre est, quorum tamen nonnulli *κραταιοὶ ἄνθρωποι*) obrigerit; cerebri substantia *ἐργασίαι* effeatrix, nec calida nimis, temeritatis & inconstantia nutricula; nec frigida, desidia, stupiditatis, torporisue parens; neque crassa, quæ tardioris hebetiorisque ingenij conscia; neque mollis nimis & fluida, quæ obliuiosos facit, & volgiuagos; neque solidior, quæ *ὀλιγορροϊκῶς* & tetricos male habet; sed media, quæ ad *αὐτοῦ* prima in votis, quam discendi facilitas, vt memoria promuscondus beant, si *τῆς ἐπιθυμίας* ἢ *τῆς ἀπορροϊκῆς* vbertas, puritas, facilisque sed tamen compositus ad dominæ legem impetus, commeatus, commensusque accesserit.

HORVM vt & totius corporis substantiæ paupertas, ni quod vigili opere deceffit naturâ somno resarciret, hujus non minus quàm vigiliæ necessarias vices, nec tamen æquas animantibus dedit illa; plantis negauit, justos vtrique limites ampliari vel arcare nemini impunè venit, illius vis blandâ missione soluit assiduus operi sensus, cum suavis alimentum uapor humoris, cuiusque *ἡμετέρας* vbertas vel non vltro ferendus labor exhaustis, dissipatque spiritibus recreandis, instaurandis temporariam hanc animi cessationem vacationemque sollicitat, quæ vitæ tandem vltimam ductura lineâ, cum primam vigilia scripserit, vita namque vno opere, non morâ definienda est, vt potè in corpore *ἐπιπραξία* τῆς *ψυχῆς*, cuius *ἀρβύλα* somnum ritè dixeris, sensuum externorum vinculum, quo præ vnâ coctione (quæ somno visceribus amico felicior) *ἡμετέρας* munus; cæteraque naturæ officia, si non præpediri, segniùs saltem promoueri opus est.

ANIMÆ verò opera sensusque omnes *σωστικῶς* illa τῆς *κινήσεως* penitus ferè interceptit, quæ si duret totius naturæ & vitæ fundum dilapidari, inquirari humorum fontes, vim spirituum frangi ac debilitari, menti veterno præstrictæ offundi caliginem protinùs videris, vnde tantum vitæ tibi deperijisse scias, quantum dormieris, *καθῆκον* οὐδὲν οὐδὲν ἄλλο οὐδὲν. *ὄνει μᾶλλον τῶ μὴ ἔσσης*, aded verum est somnum operis potius & laboris *ὑψιστον*, quàm naturæ opus videri, varo proinde ij genio & quartâ lunâ nati, quos altus & planè forbilis somnus more *φωλευόντων* grauat sagina miserè saburratos nusquam vitæ partem tenet conditque viuentes, sui oblitos, semianimes, omnium mentis corporisque operum veternosâ *ἐκθελαίαν*, vt nec apertis, exertisque oculis videant, audiant auribus, blæsa lingua terciata verba reddente, pronòque in tumulum titubante gressu, non sibi, nec alijs planè *ἡλιθίως* tum vacare jure dixeris.

VT in plerisque terræ plagis hebetiores propter cæli plenioram naturam sunt, ita somniculosos vitæ situs is componit, animique vigorem & mentis *ἐκλαμψον* indignissimo deliquio obscurat, ingenij aciem hebetat, cuius non vna dos & natura est, sed docilitate, memoriâ & solertiâ viget, vltro vix labore venit, vicit tamen nonnunquam aut celauit naturæ errorem mentis exercitamentum pertinax, sic ingenij diuinæ dotes in simo Socrate condita, Græcorumque sapientissimus Pericles *κεφαλοκρηπίδος* audijt, crescit nempè velut arbor quo vis illa mentis ingenita, si exercitaueris, quæ longo jugique rerum vsu ac meditatione excoli amat, firmari in habitum, ætatemque ferte, quibus vltro renunciant *φλυπτοι* præ vilis annonæ penuriâ vberè crasso, pigro, frigido & lento humore præter naturæ legem & opus *ὕπερθος* τῆς *σαγῆς*, denso habitu, torpore spirituum & eorumdem impuritate, ad vitæ hominisque ratione ventis diuina munera omnium minimè habiles. Vis dicam compendio *πολλὸς ὄνει γὰρ ὕπνος κατὰ τὸς ἀφῆκτος τῆς κεφαλῆς, ἀτιμῶς* *παρημέσθαι ὅπως ἀνάσσει σφίσις.*

Ergo somnolenti solidi.

DOMINI DOCTORES DISPVATVRI.



M. Franciscus Gouel.
M. Petrus Cressé, Præs.
M. Petrus le Large.

M. Antonius Ioannes Morand.
M. Claudius de Frades.
M. Egidius le Bel.

M. Gilbertus Puxlon.
M. Ioannes Vacherot.
M. Claudius Seguin, Regim. Med. prim.

Proponebat Lutetiæ IOANNES GROVLT Cæsarisburgiensis, A. R. S. H. M. DC. LIX.